



Disputatio juridica quadragesima quinta, de bonorum possessionibus et collationibus, ad Tit. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Lib. 37 Pandect. : quam ... sub praesidio Cypriani Regneri ab Oosterga ... publicè defendere conabitur Balduinus Spiering.

<https://hdl.handle.net/1874/341246>

DISPUTATIO JURIDICA
 QVADRAGESIMA QVINTA,
 DE
Bonorum Possessionibus
 ET
COLLATIONIBUS.

Ad
 Tit. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Lib. 37. Pandect.

Q V A M

Favente Deo Opt. Max.

SVB PRÆSIDIO

D. CYPRIANI REGNERI ab OOSTERGA,
 J. U. D. nec non ejusdem Facultatis in Illustri
 Rheno - Traject. Acad. Profess. Pand.
 Ordinarii.

Publicè defendere conabitur,
 BALDUINUS SPIERING, Boem. Gelrus.
Ad diem 3. April. hora locoque solitis.



VLTRAIECTI,
 Ex Officina JOANNIS à WAESBERGE,
 Anno c1o1o c LII

Nobiliss. Spectatiss. Graviss. Viro,

D. D. ARNOLDO de BYE,
EQUITI, Toparchæ in Way-
desteyn, ad Comitata Præpot.
D. D. Ord. Gener. Confoeder.
Belg. Delegato, Territorii Boe-
mel. Chomatarcho, Reipubl.
Boemel. Consuli. &c.

NEC NON

Ampliss. & Prudentiss. Viro,

D. QUIRINO de COCQ,
Nobiliss. Drielenfis & Tuylen-
fis Judiciorum Silentario fide-
lissimo.

Hasce Furis Primitias

D. D. D. C. Q.

B. SPIERING, Refs.

DISPUTATIO JURIDICA
QUADRAGESIMA-QUINTA,

DE

Bonorum Possessionibus

ET

COLLATIONIBUS.

ad

Tit. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Lib. 37. Pandectar.

THESIS I.



AD *l. 1. tit. 1. lib. 37.* quæritur, an bonorum possessio vox composita sit? Sed præterquam, quod dicta bonorum possessio in usu non sit. *Giph. Vinn. Groenevv. ad h. t. Inst.* minimè oportet scrupulosè laborare de modo scripturæ. *Treutl. vol. 2. dist. 15. thes. 1. lit. a.* Quod bonorum possessio variè accipiatur, apparet passim in *dd. tit. Pand.* An & quando missio in possessionem bonorum heredi ex *l. fin. C. de Edit. D. Hadrian. tollend.* (quæ in frequenti usu est) decerni debeat, vide apud *DD. ad d. l. fin.* Quale dominium in *d. l. 1. s. denotetur*, significat definitio in *l. 3. s. 2. eod.* Adde *Bacchov. ad Treutl. d. thes. 1. lit. b.*

Ad *l. 3. s. 1.* quæritur, an vocabulum *juris* in *d. s. elective*, an comparativè intelligi debeat? an hæc bonorum possessio reipsa ab illa differat, de qua agitur in *tit. de acq. vel admitt. poss.* Sed cum istæ & similes quæstiones utilitate & difficiliore solutione careant, remitto Lectorem ad *Treutl. d. thes. 1. lit. b.*

A

1. lit. b.

1. *lit. b. & ibi Bacchov. Buf. ad d. l. 1. h. e.*

Ad §. 2. d. l. 3. quæritur, an & quatenus definitio bonorum possessionis in d. §. tradita conveniat hereditati & petitioni ejus? an sit jus quo, vel propter quod? an dicta bonorum possessio jure Prætorio introducta sit? an reperiatur civilis? an jure novo utilis sit? Sed frustra, propter rationes supra allatas. Vide tamen, si lubet, *Treutl. d. disp. & ibi Bacchov. Fachin. lib. 13. c. 33. & 34.*

Sane filium emancipatum præteritum cum causæ expressione exheredatum videri, atque adeo ei non succurri bonorum possessione contratabulas, disputavi ad *tit. Inst. de exheredat. liber.* Nullam jure novo differentiam esse inter suos & emancipatos in successione ex testamento, dixi *ibid.* Moribus res extra dubium est. *Diss. vide apud Treutl. d. thes. 1. & thes. 5. lit. d. & ibi Bacchov.*

II.

Ad d. l. 3. §. 7. quæritur, quæ sit differentiarum ratio, quod bonorum possessio acquiri possit per procuratorem etiam sine speciali mandato, hereditas vero per procuratorem adiri nequeat? Sed cum hæc quæstio usu destituatur, ut dixi ad l. 90. de adq. vel amitt. hered. irritus circa eam D D. labor pronuntiandus est. Vide tamen, si vacat, *Treutl. thes. ult. lit. e. & ibi Bacchov.* Eiusdem utilitatis controversia est, an bonorum possessio filio delata ita patri acquiratur, ut nec per expressam, nec per tacitam repudiationem patri præjudicium parere queat. Etenim filius, cessante hodie patria potestate, rerum suarum moderator & arbiter intelligitur, modo legitimæ ætatis sit, & intelligat, quid agat. Quare etiam agnoscendo bonorum possessionem, vel petendo missionem in possessionem bonorum se efficaciter obligat, licet pater ratum non habeat. *Diss. vide apud Treutl. d. thes. ult. lit. f. & ibi Bacchov. Fachin. lib. 5. c. 75. & seq. & lib. 13. c. 38.* Sed quid, si filius jus suum remiserit malitiose? Dixerim, patri præsertim pauperi, nihil præjudicare illam remissionem in legitima. *arg. Nov. 115. c. 4.* Plures rationes vide in *disp. no-*
stra

Ar. ad tit. Inst. de exhered. liber. & tit. de inoff. test. Diff. vide apud Treutl. d. lit. f. & ibi Bacchov. Bartol. & alios in l. 13. §. ult. de acq. vel amitt. hered.

Ad §. 8. d. l. 3. quæritur, an bonorum possessio re&e divi-
datur in Edictalem & Decretalem? Quo modo differant?
an edictali conveniat definitio in d. §. 2. d. l. 3. Sed cum istæ
quæstionculæ de jure abrogato moveantur, remitto Antiqua-
rios ad *Treutl. d. disp. thes. 2. lit. a. & seqq. & ibi Bacch. Fach.*
lib. 5. c. 73.

An jure novissimo in obtinenda bonorum possessione de-
cretum Prætoris necessarium sit, an Justin. effecerit, ut bo-
norum possessiones novæ dispositæ sint Juris Civilis, vide a-
pud *eund. Fachin. d. lib. 5. c. 74. & Treutl. d. th. 2. lit. d. & ibi*
Bacchov.

III.

Ad l. 7. §. 1. quæritur, an infanti & ignoranti bonorum
possessio delata dici queat? Morib. etiam furioso hereditas
delata censetur, & ad quoslibet heredes nondum agnita, imo
nondum cognita transfertur. *Zyp. in Notit. jur. Belg. tit. unde*
liberi. Diff. vide apud D D. ad l. 7. C. de jure delib. Fachin.
lib. 13. c. 37. Treutl. d. thes. ult. lit. a. & ibi Bacchov. An in
§. 2. illa verba, aut pater, expungenda sint, vide apud Cujac.
14. obs. 8. Goshof. ad d. §. Bacch. ad Treutl. d. th. ult. lit. i. I-
psa quæstio, qua quæritur, an patris scientia noceat filio, indi-
cata & decisa est in thes. præced.

Ad l. 9. & 10. quæritur, an tempore (intra quod bono-
rum possessio petenda est) elapso, scienti tamen superfit fa-
cultas acquirendi hereditatem usque ad 30. annos? Sed fru-
stra, cum Morib. hoc certum sit, si non de ordinario, saltem
de jure extraordinario, ut dixi ad l. 1. ex quib. caus. major.
Diff. vide apud *Bacch. ad Treutl. d. thes. ult. lit. k. Iason. ad rubr.*
C. de success. edict. DD. ad l. 8. C. de jure deliber. Adde nostra
ad tit. Inst. de usucap. & d. thes. 1.

An ergo præfatum tempus coarctari, & aliqua etiamnum
agnitio & contestatio apud magistratum requiratur, vide a-
pud

pud eundem Bacchov. d. lit. k. An ille, qui agnovit bonorum possessionem, teneatur probare, se intra legitimum tempus agnovisse, vide apud Fachin. 13. cap. 32. An & quando bonorum possessio intra statuta tempora agnita presumatur, vide apud Fach. 6. e. 59. An bonorum possessionem agnovisse presumatur, qui contra bonorum occupatores possessoriam hereditatis petitionem instituit, vide apud Eund. d. lib. 6. c. 58. & lib. 13. c. 35.

IV.

Ad l. 1. & 3. tit. 4. quæritur, an legitimatis post testamentum, in quo præteriti sunt, danda sit bonorum possessio? Nos diximus, hoc casu testamentum rumpi ad tit. Inst. quib. mod. test. inf. & ad tit. D. de injust. rupt. Qua de causa hodie missio in bonorum possessionem impetranda videtur. arg. d. l. fin. C. de edict. D. Hadr. toll. Diss. vide apud Treutl. d. disp. 15. thes. 3. lit. a. & ibi Bacch. Quod ille, cui legitima titulo legati relicta est, testamentum nullum dicere queat, dixi ad tit. d. inoff. test. Diss. vide apud Treutl. d. thes. 3. lit. b. & ibi Bacchov. An filio exheredato sub conditione competat querela vel bonorum possessio, nullus inquiri, cum defendendus sit, quamdiu conditio necdum existit, vel interdicto uti possidetis, vel ex edicto mortuus saisit vivum, vel alio juris remedio. arg. d. l. fin. vers. non autem legitimo. Adde Christin. vol. 4. decis. 30. Diss. vide apud Treutl. d. lit. b. & ibi Bacchov. An testamentum propter præteritionem filii nullum, jure Prætorio valeat, atque ideo bonorum possessio impetranda sit, frustra controvertitur, cum de modo defendendi sollicitus non sim, qui & supra significatus est. Diss. vide apud Treutl. d. thes. 3. lit. c. & ibi Bacchov. An & quando ergo filius præteritus approbando testamentum patris instituto præjudicet, vide apud eund. Treutl. d. thes. 3. lit. a. & ibi Bacchov. An & quale juris auxilium filio adoptivo contra testamentum patris naturalis competat, dixi tum ad tit. de adopt. tum hic. Vide Treutl. d. lit. a. & ibi Bacchov.

V.

Ad l. 4. §. 2. quæritur, an nec jure novo bonorum possessio

sessio contra tabulas matris detur? Sed nos ad *tit. Inst. de exhered. liber. & ad tit. D. de liber. & posth. hered.* diximus, testamentum nullum esse, in quo mater liberos præterivit. Itaque heredi scripto haud indulgenda videtur missio in possess. bonor. ex testamento, quod nullitatis arguitur. Sed liberi utpote legitimo jure possidentes ad nullitatem concludentes defensionem in possessione obtinere debent. An ergo & *d. l. fin. C. de edict. D. Hadr. toll.* locum habet in heredibus ab intestato? Quid ni, cum eadem sit ratio? *Diff. Christin. vol. 4. decis. 30. Roland. à vall. 1. consil. n. 5.* Militis quoque testamentum nullum esse, si filius in eo præteritus est, dixi ad *tit. de testam. milit.* & etiam nunc dico. *Diff. vide ibid.*

Ad *l. 8. & 18.* quæritur, an legitimè exheredato bonorum possessio danda sit, & quæ ratio, cur non danda? Sed frustra, ut patet ex antecedentibus. *Diff. vide apud Treutl. d. thes. 3. lit. d. & ibi Bacchov.* An petita bonorum possessione superfit jus dicendi nullum, & an hoc sit juris mixti, significavi supra. Adde *Treutl. d. lit. d. & ibi Bacchov.*

Ad *§. 6. d. l. 8.* quæritur, an approbatio filii, qua consensit in iniquam exheredationem patris, servanda sit? Affirmativam defendimus ad *tit. de liber. & posthnm.* *Diff. vide ibid.*

VI.

Ad *l. 10. §. 4.* quæritur, an exheredati legitimam cæterorum augeant? Sed de hac quæstione disputavi ad *tit. de inoff. test.*

Ad *l. 12. §. 1.* quæritur, quomodo *d. §.* legendus & dispungendus sit? sed cum usu careat, vide *Vigl. ad tit. Inst. quib. mod. testam. Ant. Augustin. 1. emend. c. ult. Bacchov. ad Treutl. d. thes. 3. lit. f.* Apud Eundem vide *d. lit. an in l. 19. h. t. pro tignum* legendum sit *legem.*

Ad *l. 1. tit. §.* quæritur, an jure novo ex testamento nullo legata debeantur? Aff. ad *tit. Inst. de exhered. liber.* *Diff. vide ibid. & apud Treutl. d. thes. 3. lit. e. & ibi Bacchov.*

Ad *l. 3. §. 2. & l. 5. §. 6.* quæritur, an legitima liberis titulo

tulo institutionis relinquenda sit? Sed & hanc quæstionem excusimus in *disp. ad tit. Inst. de inoff. test. & ad tit. D. de liber. & posth.* Diff. vide *ibid.*

Ad *d. l. 5. §. 2.* quæritur, an filius legatum amittat, si testamentum patris frustra nullum vel iniquum dixerit? *Aff. d. §. 2. & l. 8. §. 14. de inoff. testam.* Diff. vide apud *Gail. 2. obs. 113.*

VII.

Ad *l. 1. tit. 6.* quæritur, an & illa collationis ratio sit, quod emancipati non adquirant patri, filii vero familias adquirant? Sed frustra, quum hæc una sufficiat, ut servetur inter liberos æqualitas. An ergo etiam in casu dubio, licet lex deficiat, ita adhibenda interpretatio, ut liberi ad æqualitatem reducantur? *Aff. pr. d. l. 1. nisi fortior ratio disfluadeat.* Diff. vide apud *Treutl. disp. 17. thes. 1. lit. c. & ibi Bacchov.* An per collationem res hereditariæ fiant, vide apud *eundem Bacchov. ad Treutl. d. thes. 1. ubi lit. c.* dictam quæstionem hodiè inutilem ostendit, quod jure novo non nisi profectitia in collationem veniant.

Ad *eand. l. 1.* quæritur, an tantum collationi locus sit, quando ex primo capite, unde liberi, succeditur? sed frustra, cum jure *Nov. 118.* tres duntaxat ordines succedendi existent. Vide *Bacchov. ad Treutl. thes. 2. lit. a.* Sed collationi ne locus quoque inter ascendentes & collaterales? Probabiliter hoc propter identitatem rationis supra allegatæ defenditur. Dissent. vide apud *Treutl. d. thes. 2. lit. b. & c. & ibi Bacchov.* Cur inter filium & nepotem heredes institutos collatio locum habeat, præsertim si nepos inæquali portione cum patre institutus est, & donationem propter nuptias acceperit, indicat ratio supra proposita. Diss. vide apud *Treutl. d. thes. 2. lit. d. & ibi Bacchov.* Propter eandem rationem non cessat collatio inter filiam, quæ statuto exclusæ est, & fratres ejus institutos. Diss. vide apud *Fachm. lib. 13. cap. 100. & Treutl. d. lit. d. & ibi Bacchov.*

Ad *§. ult. d. l. 1.* quæritur. An æstimatio loco ipsorum bono-

bonorum conferri possit? Nego, si ipsa bona percepta exstant. *arg. l. 2. de reb. ered.* Diff. vide apud *Bus. ad d. s. & Treutl. thes. 6. lit. f. & ibi Bacchov. Christin. vol. 4. decis. 2.* ubi & rem judicatam videre est.

VIII.

Ad *l. 2. pr.* quæritur, an nepos succedens in locum patris conferat, quod pater collaturus erat? Aff. saltem de Moribus, etiamsi pater necdum bonorum possessionem agnovisset. Diff. vide apud *Bacchov. ad Treutl. thes. 3. lit. g.* An emancipatus hodie agnatus maneat, dixi ad *tit. de adopt. & cap. minut.* Quod sub appellatione agnatorum comprehendi queat, ut in statuto, quod propter conservandam agnationem & familiam cognatos à successione excludit, nullus dubito. Diff. vide apud *Treutl. d. thes. 3. lit. a. & ibi Bacchov.* Sed præsumitur ne emancipatio? Neg. nisi materia præsumptionis subsit. *arg. l. 2. de jur. & fact. ignor.* Diff. vide apud *Treutl. d. thes. 3. & ibi Bacchov.*

Ad *l. 3. & l. 1. tit. 7.* quæritur, an etiam olim succedentes ex testamento collationem fecerint? Sed frustra, quum jure novo conferant. *Nov. 18. c. 6.* Sed quid, si codicilli facti sunt? Etiam jure novo collatio impeditur, si quid præcipuè legare vel donare testator voluit. *l. 10. & 16. C. h. tit.* Diff. vide apud *Treutl. thes. 4. lit. a. & ibi Bacchov.* Quare extraneus non conferat, dixi in *thes. 7.* cur filii conferant, licet concurrant cum extraneo, dixi *ibid.* Diff. vide apud *Treutl. d. thes. 4. lit. d. & ibi Bacchov.*

Ad *l. 10. & l. 6. tit. seq.* quæritur, an & quando etiam jure veteri inter diverso jure succedentes collatio locum habuerit? Sed frustra. *d. Nov. 18. c. 6.*

An ergo *d. l. 10.* corrupta sit, an *d. l. 6.* emendata, vide apud *eundem Treutl. d. thes. 4. lit. f. & ibi Bacchov.*

IX.

Ad *l. 4. tit. 7.* quæritur, an & quare jure veteri emancipatus sorori in potestate constitutæ conferat tam adventitia, quam profectitia, soror verò isti fratri duntaxat dotem profectitiam? Sed frustra, quum jure novo non nisi profectitia

con-

conferantur. *l. ult. C. de collat.* Diff. vide apud *Trentl. thes. 6. lit. a. & ibi Bacchov.* Sed estne protectitium conferendum, quod filio relictum est, cum pater morietur? Moribus (quibus liberi patri non acquirunt, & omnes intelliguntur emancipati) res extra controversiam est. Idem affirmant *Alii*, scilicet non venire in collationem, sed aliter *Groen. ad l. 1. §. 18. de collat.* aliter *Autumn. in d. §. 18.* Diff. vide apud *Trentl. d. thes. §. lit. e. & ibi Bacchov. Bus. ad d. §. 18.* Sed quid de donatione simplici? Moribus quarundam saltem gentium extra dubium est, quod non veniat in collationem, quum alioquin donatio non haberet effectum ex voluntate donantis. Vide *Wesemb. ad d. tit. de collat. Groenevv. ad l. 13. C. eod. Christin. d. vol. 4. decis. 2.* Quod & jure novo probabiliter statuitur. *l. pen. C. de collat.* Diff. vide apud *Trentl. d. thes. §. lit. g. & ibi Bacchov. Fachin. §. c. 80. & alibi Bronch. cen. 3. assert. 68.* Sed quid de sumptibus in studia factis? Dixi ad *l. 50. ff. fam. ercisc.* Diff. vide *ibid.* & apud *Trentl. d. thes. §. lit. h. & thes. ult. & ibi Bacchov.* Quid denique de sumptibus in elocatione filiarum factis? Dixerim eos conferendos, si extent, tecus si consumpti sunt. *arg. l. 17. C. de collat.* Diff. vide apud *Trentl. d. thes. §. lit. e. & ibi Bacchov.*

X.

Adl. §. §. ult. quæritur, an ea, quæ filius ex pecunia patris lucratus est, conferre teneatur? *Aff. §. 1. vers. que enim invidia, &c. Inst. per quas pers.* Si quam operam impendit filius, eam debuit, & mercaturam addidit. Quare nec *d. §. ult.* Moribus correctum puto, si fructus sunt percepti ex re patris. *d. §. 1.* Diff. vide apud *Trentl. thes. 6. lit. a. & ibi Bacch. Groenevv. ad l. l. §.*

Cæterum fructus ex bonis adventitijs percepti hodie patri non acquiruntur, ergo nec conferuntur. Diff. vide apud *Bacchov. ad Trentl. d. lit. a.*

Ad l. ult. d. tit. 7. quæritur, an filia non obstante pacto quo hereditati paternæ renunciaverat, acceptam dotem conferre volens ad actiones hereditarias admittenda sit? Item

an

an nepotes dotem matris conferre volentes ad hereditatem
avi admittendi sint? Sed illæ quæstiones à nobis excusæ sunt
in *disp. ad tit. de pactis. thes. 6.* Diss. vide *ibid.* & *apud Trentl.*
d. disp. 17. thes. 7. lit. c. & *ibi Bacchov.* Sed conferuntne ne-
potes vel neptes patruis in successione avi? Conferunt, si a-
lioquin inæqualitas introduceretur. Ratio allegata est supra
in *thes. 7.* Diss. vide *apud Fachin. lib. 13. c. 19.* Adde *Joan. à*
Sande lib. 4. tit. 10. def. 1. Plures de hac materia quæstiones
non addo, quia aut usum non habent, aut decisæ sunt in ante-
cedentibus.

Ad Doctissimum Præstantissimumque

D. R E S P O N D E N T E M.

Conscendis sellam cur docte SPIRINGE curulem?
Quid juvat excelsa dicere jura loco?
Nempe sibi patulum virtus petit amula campum,
Nec patitur strictè mens generosa premi.
Ingenio fretus prodis, prætoria jura
Tractus, ingenio tu duce victor abis:
Immoto velut à scopulo propellitur unda,
Sic pellic doctis omne sophisma modis.
Perge (precor) quo te rapiat vis enthea mentis;
Accumula captis grandia quæque tuis.
Fama SPIRINGIADUM Cumaos vivet in annos,
Sic stirpem vera nobilitate beas.

Amico ac Conterraneo posuit

A. v. WESEL SS. LL. Stud.

